



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quonam pasto Paulus, à quodam Melchione presbytero reprehensus,
abdicatus sit. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

adhuc occultare, & obtegere moliebatur, tum ab illis, qui eius errorem & in Christum blasphemiam patefacere, & in apertum proferre omni studio elaborabant. Interea temporis Dionysius, cum iam decem & septem annis episcopatum Alexandriae administrasset, duodecimo anno imperii Galieni, moritur. huic successit Maximus.

Quoniam pasto Paulus, à quodam Malchione presbytero reprehensus, abdicatus sit.

CAP. XXIII.

GAlienus ubi quindecim annos integros gubernasset, Claudius imperator designatus est. Iste biennio percurso, Aureliano tradit imperium: Cuius temporibus, Paulus dux & author erroris, qui Antiochiæ grassabatur, in postremo concilio episcoporum, numero prope infinitorum, contra eum conuocato, sui erroris & peregrinae opinionis perspicue conuictus, & omnium iam consensu palam condemnatus, ab vniuersa & catholica ecclesia, quæ sub cælo est, penitus exturbatus fuit. Ex quibus Malchion in primis, scholæ humanioris literature, quæ erat Antiochiæ magister, vir cum in aliis disciplinis disertus, tum in sapientiæ studio eximius, ac propter singularem fidei in Christum ingenuitatem presbyterii munere in illa ecclesia donatus, eum velut integumentis dissimulationis euoluens, acriter coarguit. Iste enim disputationem contra illum instituens (quam id temporis à scribis celeri manu exceptam, & hucusque reueruatam scimus) hominem animo veteratorio præditum, & fraude plenum solum præ cæteris relegendi vim habuit, & tanquam omnium oculis subiiciendi.

De episcoporum contra Paulum epistola.

CAP. XXIII.

OMnes igitur episcopi & Pastores, qui in concilio supra commemorato, erant conuocati, vnam communi consensu epistolam ad Dionysium episcopum Romanum, & ad Maximum Alexandriae ecclesiam procurantem, nominatim conscripserunt: cuius exemplaria
ad om.